Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

omnia inpedimenta sublata sunt. Ecce tunc tempus acceptabile. aperite oculos. cordis
et corporis. celum pocius intuentes. et dolorum inimicam culturam uestre saluti. d. n. i. x.
repleta gratia ab animis uestris radicitus abstirpare. ut possitis ad eterna gaudia per
uenire. Post hec cum et alia multa beata leonilla. cum sancto benigno nepotibus
suis narrasset. ut credulitatis indicia diuina pietas in eisdem patefaceret. uisio
nes quas nocte preterita uiderant. in memoriam reuocauerunt. Speusyppus primus
uisionem suam narrauit dicens. Uidebam me in sinu auie sue receptum. mamil
le sue plenitudo lactis abundancia saturari. compellebatque me et iam suis moni
tis dicens. Speusyppe bibe lac saluti ferum magis ut plus bibendo melius
possis sumpta uirtutis constancia. in certamine positus. contra aduersarios glo
sam promereri uictoriam. finita prime uisionis sentencia. eleusyppus ait. Crede
te et me huiusmodi uidisse. Uidi in celo super sedem magnam sedentem quasi
ex electro et gemmis maiestatis potencia radiantem. cuius splendor intuitus meum
obumbrauit aspectum. et stupore nimio pauor cordis mei terruit intellectum.
Tunc uultu sereno me uocans ad se dixit. Noli timere. coronam uictorie pro
mereberis. Tercio loco meleusyppus suam uisionem exposuit. Uidi et ego nescio
quem regem satis [illegible] magnum. singularem sceptra tenentem. nos tres pariter
ad suam miliciam pro[illegible] uocabat. Preclaris baltheis accingebat. perpetua lib
tatis nostre premia litteris [illegible] emp[illegible] aureis scribebat. donis nos indeficientibus
simul remunera[illegible] offera[illegible]bat. Super his ad me hortandum addidit dicens.
Meleusyppe uos [illegible] que ad[illegible] tres fratres in meo palatio collocare decreui.
et eternis premiis pa[illegible] cum [illegible]riter coronare. Quia uestra cunctis diebus ac noc
tibus pro uestra salute [illegible] et presb[illegible] supplices preces effundit. ut recto itinere gra
dientes liberati de tene[illegible]brosa caligine. uerum lumen contemplare pos
sitis. et de condempnatione mortis ad uitam ueniatis perpetuam. Hec et alia
plurima adhortacionum uerba michi rex quem dixi narrauit in uisu. Ortaque
admirans. quam concordantes et unius rei indicia designantes. uel in perpetua me
moria retinendas in nochis tenebris adhuc positi. illuminati iam predestina
cione diuina ex parte gratia. sancti gemini uidere meruerunt uisiones. His tribus
pueris obtentu auie antea est trina reuelata uisio pergratam. quam plenam xpisti
perceperint disciplinam. Uiderunt obumbrati illuminati ex parte oculis prius
omnium domini. ante quam potis confessionem plenius agnoscerent saluatorem.
Perpensantes denique sancti gemini de concordacionibus sancti benigni ac beate leo
nille oracionibus instructi. cogitabant. attencius quid agere procurarent. deside
rantes ut tersa nube caliginis. purum claritatis lumen in uisu lucis uisibi
liter contemplarentur. et dominum uiuum et uerum sine ulla ambiguitate cognoscerent.
Tunc dixerunt ad auiam suam. Indica nobis quid faciamus ut predicacio
uestra omnibus erroribus effugatis ad nostram possit proficere salutem. His dictis cum
sancto benigno beata leonilla exultans de sancta confessione nepotum suorum